

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

D.Iustino Goblero, Consiliario illustrissimi ducis Erici Braunsuicensis, S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

D. Justino Goblero, Consiliario illustris-
simi ducis Erici Braunsuicensis,

S. D.

Adhuc sum in sententia, mi Justine, non esse ab-
dicandam presentem conditionem: sed debere te τὰ
καρπία εἰπεῖν. Idq; consilium tibi daturus sim,
etiamsi frater esses. Non enim ignoro, quàm diffi-
cile sit, aspernis temporibus commodas condi-
tiones inuenire: & quantum sit periculum, usq; in
incertis sedibus. Habes meum consilium: tibi tamen
liberum relinquo, quid uelis facere. Opinor te in
hac conditiuncula plus habere ocij ad incunda stu-
dia tractanda, quàm si esses euectus ad maiora ne-
gocia propter iuris possessionem. Mihi crede, hæc
tempora parum ocij concedunt his, qui magnis ne-
gocijs implicantur. Ego titulum fugi semper: utinã
& negocia effugere potuissim. Francisci libellus
editus est, quem spevo tibi gratum esse: uel quia ha-
bet non obscuram significationē nostri amoris: uel
quia ipsa Hermolai epistola noua, non est pror-
sus illepidè scripta, de qua & tuum & aliorum
iudicium mihi uelim perscribas. Etsi est breuior,
quàm causæ magnitudo postulat. Sed id excusat
Franciscus in præfatione. Adami causam tibi com-
mendo: teq; oro ut, quod facis, Adami summo stu-
dio defendas. Gratium tibi hominem obligabis. Be-
ne uale.

D. Gaspa-